



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Redit ad pristin[u]m vitæ rigore[m]. 74

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

monuimus, alimēta promitterentur. Haud illum fefellēre inferi veteratoris artes : qui futuri sagax, magnis conatibus hoc sibi agere sumserat, vt IGNATII cępta, temerē discuteret. Ideo in varia se ora versatilis Proteus abdere, aliasque fraudes ex alijs ducere, nunquam omittebat: in IGNATIVM ingeniosus. Sed ille tanto maximē in inceptis pergere : nec pati, vt stygijs aliquando laruis eam omissionem gratificatus diceretur. 71 Et subinde remittere stomachi dolores sentiens, quibus nuper tenebatur: occupat redire ad veterē domandi corporis rigorem : cui bello, quòd instauratū nuper secus cessisset, inducias aliquam diu dederat. Cępit igitur calceorum soleas perforare, sensimque itā eas deterere, vt hiemi appetenti nudis vestigijs occurreret: relicta tamen tegminis alutā, ne ostētui se apud
alios

alios faceret: pro eo, ac luem in-
tempestiuæ gloriolæ semper fugi-
tabat. Per id temporis, duæ res il-
li maximè memorabiles contige-
runt, quæ cùm de patientiæ usu,
rùm de charitate eius mirabili, pa-
lâm fecêre. Earum est altera in
hunc ferè modum gesta. 75 Erat
in suburbano cœnobium à sacrîs
Virginibus habitatum. ANGELO-
RVM tutela, & instituto S. DOMI-
NICI in signe. Huc ruere aliqui
subinde adolescentes, locumque
vanis studijs complere nūciaban-
tur. IGNATIVS abolendæ cōsuetu-
dinis rationes inire, idque vehe-
menter contendere apud Virgines
suscepit: Ne licentiæ iuuenili por-
ro aditum patefacere, seseque ipse
taliū discriminum iniurijs obij-
cere pergerent: sed secessum, quâ
noxiam familiaritatem mallent.
Remque eò constanter adduxit,
vt exclusi in posterum iuuenes,
cùm